



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CXLII. De Bello civitatis Insulae S. Mariae, & destructione ejus infra  
secundam Apostasiam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Hanno de Sangerhausen VII. Mag. Gen. Ord. Teuton.  
Conradus à Tierberg Senior IX. Mag. Prov. in Prussia.*

*Illo Tustinus pridem satus unica proles*

*Hoc genitus Laurens, hoc Tilemannus erat.*

*Hinc Clemens, Thomasque celer, triplicesque Jacobi*

*Ordine: ab hoc Proavus posteriore meus.*

*Primus hic Elbingam Pronis descendit ab oris.*

In spicilegio quoque Adoræ Poëticæ ad liberos suos eandem textit Genealogiam.

- (b) Codex Regiomontanus hoc loco legit, *Tustinu* sed nullo sensu. Codex Elbingensis hæc plane omisit. Codex Thoruniensis habet pater Tustini, & sic etiam in suo Codice legit Beat. Fridericus Zamelius Cos. Elbingensis ut ex Carmine jam jam Citato liquet.

## CAP. CXLI.

*De*

*Fratre Engelkone viro laudabilis*

*Vita de Christburg.*

**H**oc tempore in dicto Castro Christburg fuit frater (a) Engelko natus de Westphalia, vir miræ devotionis & abstinentiæ, totus Deo consecratus, qui propter alia Virtutum opera, hoc insigne habuit in se, quod circa nudam carnem suam lorica ferrea utebatur pro Camisia, & ante mortem suam quatuor tales Loricæ attritas vetustate & rubigine sic consumpsit.

ANIMADVERSIO.

- (a) Engelle/ habet quoddam Chron. Germ. antiquum.

## CAP. CXLII.

*De*

*Bello civitatis Insulæ S. Mariæ, & destructione ejus infra secundam Apostasiam.*

Pru.

Hanno de Sangerhausen VII. Mag. Gen. Ordinis Teut.  
 Conradus à Tierberg Sen. IX. Mag. Provinc. Prussiae.

**P**Rutheni nec dum satiati sanguine Christiano iterum parant arma ad occidendum & flagellandum & crucefigendum Christi fideles, ut sic veniret super eos omnis sanguis Justus, qui effusus est in terra Prussiae pro defensione fidei Christianae. Congregati ergo cum multitudine copiosa bellatorum infra secundam Apostasiam processerunt contra Civitatem Insulae S. Mariae & ordinatis insidiis ad locum competentem, pauci compaerunt, quos fratres & Cives cum armigeris suis sequentes in Campo, qui est inter Civitatem & molendinum, hostiliter invaserunt, plures occidentes & lethaliter vulnerantes, & cum jam sperarent eos deleri usque ad internecionem, Prutheni, qui ad Insidias locati fuerant, eruperunt, & omnes fratres & cives interfecerunt, praeter paucos, qui confugerant ad Civitatem, quos hostiliter sequebantur, & post modicam impugnationem, civitatem expugnaverunt, & partim captis, aliis trucidatis, reliqui ad castrum fugerunt & salvati sunt. Destructa ergo civitate funditus incendio cum praeda maxima recesserunt.

## CAP. CXLIII.

DE

*Secunda dictae Civitatis insulae S. Mariae destructione.*

**R**Eaedificata civitate Insulae S. Mariae per fratres cum magnis laboribus & expensis, accidit, quod Prutheni cum immenso Exercitu depopulata terra Colmensi processerunt ad Castrum Belichovv cujusdam Nobilis de Pomesania, dicti Jonis filii Sargini situm supra Oslam, de quo Castro exiit Fr. Conradus Sverus, de Elbingo cum multis armigeris, & habuit contra ipsos

Hh

hasti-